



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Militarivm Ordinvm Origines, Statvta, Symbola, Et Insignia, Iconibus, additis genuinis**

**Mennens, Frans**

**Maceratae, 1623**

Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10718**



AD LECTOREM.

*Exstat eadem ferè.  
M.S. in Bibliotheca  
R. D. Auber-  
ti Mirai  
Canonici  
Antwerp.*



**N** Regulam militum Templariorum, quam inter archiua equeſtria Petri Mennentij patruſi repertam, & hætenus quod ſciam, nondum editam; dignam iudicavi, quæ prælo manderetur. Quo ſcilicet omnibus conſtaret, quanta ordo iſte Eccleſiæ Dei commoda attulerit, quantam diſci-

plinæ ſeueritatem adhibuerit, quamque res humanæ à præclaro initio degenerare ferè conſueuerit. *Conuerſi enim ſunt (vt inquit) in arcum prauum, & neglecta humilitate Patriarchæ Ieroſolymitano, ſe ſubtraxerunt, obedientiam ei, quam eorum prædeceſſores eidem exhibuerant, denegantes: ſed & Eccleſijs Dei decimas, & primitias eis ſubtrahentes, vt eorum indebitè turbando poſſeſſiones, facti ſunt valdè moleſti.*

*Vide Baro.  
i an. 1127.  
Gretſer. 10.  
3. de Cru-  
ce. Saorex  
de Religio-  
ne.*

Neque ſanè abs re fuerit tam ſanctas, & pias conſtitutiones (quas à Sancto Bernardo conſcripta ex ſtilo alijsque argumentis contendunt eruditores) à tenebris vindicaſſe, vt poſteri nimirum habeant quod imitentur, alij quod æmulentur. Exſtare quidem notum eſt, in eiſdem Diui Bernardi operibus, ſermonem exhortatorium ad Hugonem Magiſtrum cæterosque Templi milites: verum Regulæ prædictæ ſpecimen impreſſum videre nondum licuit.

**CAETERVM** dum militareſt campum ecurrere conamur, placidus paululum in eodem otari datum eſt, cum nobiliſſimo Domino **IOANNE Van den HOEVEL**, viro ſupra ſplendorem Equeſtrem, multis virtutibus clariffimo, qui longinquis iuxta, ac arduis tota vita conſectis itineribus, legationibus, ac re-

rum



rum vſu exercitatiffimus, varia, præterquam, memora-  
nimus, Ordinum militarium ſtatuta in tractu Orientali ſe-  
legiſſe, & notaſſe oſtendit: nec non in Palæſtina vidiſſe  
milites Diuo Thomæ tutelari dicatos, & rubra Cruce de-  
cuſſata ( Saultoir Galli vocant ) inſignes: alios item San-  
cto Gereoni ſacros, Cruce Patriarchali ( qualis ferè eſt an-  
tiqua illa in inſignibus Hungariæ ) tricipiti colliculo viri-  
di impoſita ſplendefcente, multa que ad illuminationem di-  
gnitatis Equeſtris obſeruafſe.

*Equites D.  
Thomæ, &  
eorum inſi-  
gnia.*

*Equites S.  
Gereonis, et  
eorum in-  
ſignia.*

SI C. & alia fortaffis alibi militaris inſtituti collegia,  
nobis incognita, in plerisque orbis Chriſtiani partibus  
latere non dubito: quæ vtinam Equites ipſi, alijs que ha-  
rum rerum curioſi pleniùs aliquando eruant; illuſtiora ta-  
men quæq; arbitror à nobis recensita. Faxit autem Deus,  
vt ſacra iſta militaria germina, per vniuerſum orbem abun-  
dè ſpargantur, æque æternum floreat; Dei in primis ho-  
nori augendo, & fidei Chriſtianæ cultui propagando.  
In quo voto finio, & valere te, pie Lector, iubeo.



CAR-